




VII
BRVNI
LEONARDI
OPUSCUL
EC,
87
K.6
78
S. L.
ET A.









¶ Oratio habita Rome in funere sanctissimi domini nostri Innocentii Pape octaui multum sententiosa.

¶ Oratio de eligendo Summo Pontifice habita Romę in ecclesia sancti Petri ad sacratissimum Senatū Cardinalium Innocentio octauo de mortuo: per. R. ī xp̄o patrem Bernardinum Caruaial Paceñ. ep̄m: Regis & Reginę Hispanię oratorem. die transfigurationis dominicę sexta Augusti. M. CCCC. LXXXXII.

¶ Ne lęteris inimica mea super me: si cecidi consurgam Scribitur uerbum Michęę. vii.

¶ Si unq̄ Romanę ecclesię opus fuit Patres amplissimi illustrari sup̄no ac diuino lumine: hoc ip̄m uel precipuū est tempus: quādo destituta pastore & capite felicissimo transitu sanctissimę recordationis Innocētii pape octaui ad suffectionem pastoris alterius appropīquat. Cum. n. oculus & speculator deficiunt: graue est admodū ouib⁹ bene dirigi ni superiore pastore ducantur: mihi quoq; ī re tam ardua de mandato uestri sacratissimi Senatus orationem habituro: operepretiuȝ fuerit supplicatione diuina sp̄us sancti assistentiam impetrare: nempe qui hodierna die in missaꝝ solēniis ab ecclesia inuocatus est ut electioni summi pontificis assistat: isdem mihi suppliciter īplorandus erit: quatinus ieiune ac nude orationi meę de p̄suasione eiusdem optime electionis efficaciam tribuat. cogitatus meos instruat. mentes uestras illis & sibi cōformes reddat. linguā meam dirigat. aures uestras benignissime adaperiat. mea uerba uiuificet. corda uestra ad illa capessenda foueat & alliciat. Nec diffidendum est quin occurrat hodie ecclesię in tantis calamitatib⁹ & periculis cōstitutę: qui iuxta Ap̄li uerbum non p̄mittet illam ultra possibilitatem tentari. & qui ī euangelio futurum se medium pollicetur: ubi duo uel tres insuo nomine conuenerint. quiq; nunq̄ se desertuꝝ ecclesiam usq; ad consumationem sęculorum Mathei ultimo calce p̄misit. Igitur



Spiritus sancti singularē assistentiā uulgata illa ecclesię oratione supplicabimus dicentes: Veni sancte Spiritus reple tuorum corda fidelium: & tui amoris in eis ignem accende. Amen.

Non arbitror futurum molestum Beatissimo uestro cetui Patres Reuerendissimi: militantis ecclesię fulgentissimę columnę: ac hodie spes unica salutis mundi: si uobiscum de meo more scholastice eloquar: ac dicēda breuiorē perstringam ordine. ea quoq3 quę mihi consideranda occurrunt in electione pontificis maximi thematis prosecutione expediam. Erit igitur oratio nostra tripartita. Pars prima de ipso Innocentio demortuo. Secunda de illius summo pontificatu uacante. Vltima quę moralior & aptior erit: de illius carissima sponsa Romana & uniūsali ecclesia restauranda: & horum trium nomine trifariā thematis uerba claudemus: Ne lęteris inimica mea super me: si cecidi consurgam.

¶ In primo conqueritur forsan quispiam Innocētianos ꝗ absumpserit mors inimica benefactorē suū: ꝗ clęmētissimū & indulgētissimū dñm ac uere humanissimū & pientissimū patrem sęculo eripuerit. Lego hinc oculis con plures qui etiam lachrymas cohiberē nequeunt memores dulcissime cōuersationis suę. Ego quoq3 illius beneficio plus meis meritis delinitus: nisi ratione in aliud traherer: crudelem illius mortē incusarē: & grauiter lugendam cēserē. Veꝝ. n. uero xp̄ianis moleste admodū lugere mortuos non licet: nam & apud gentes Litioꝝ feruntur esse precepta Ambrosio teste: quę uiros iubeant mulieꝝ uestes induere si moerori indulgeant. quod mollem & effoeminatū iudicauerint in uiro luctum. Fuisse etiā eiusdem testimonio feruntur populi gentiu3 q ortus hominū lugerent obitusq3 celebrarēt. Nec imprudēter qdem eos. n. qui in hoc uite salum uenissent merendos putabant. Eos uero qui ex istius mundi procellis & fluctibus emersissēt

non in iusto gaudio prosequendos arbitrabant. & si hęc apud gentes constantia in q̃bus fuit carnis imperium nõ sp̃us: apud illuminatos ac sp̃uales xp̃ianoꝝ animos multo esse debet uberior. atq̃ inde nos natales dies defunctorum obliuiscimur: & eum quo obierunt diẽ celebri solennitate quotannis renouamus. Mors igitur xp̃ianorũ corda non frangat. primum q꜠ cõis est & cunctis debita: & hac lege naturã ex contrariis mixtã induimus: ut illam exuamus quotiens placuerit actori naturę. unde & iuxta Ap̃li uerbum statutum ẽ hoĩbus semel mori ĩ quo & dei filio ĩ humanis non est indultum. nẽpe si non pareret senio defecisset: prout nostri seniores scribũt. Quid igit̃ absurdius q̃ ut id quod scias oĩbus esse p̃scriptũ: quasi spãle deplores: hoc est aĩm supra conditionem extollere: legem non recipere cõem naturę consortium deuitare. De inde & mors grauius deflenda non est: quoniã seculi huius nos absoluit erumnis. nulla nẽpe uera potest esse iucũditas inter tot uitę nostrę amaritudines: quę uelut ex ipsius corporis infirmitate quasi certa ac necessaria officina generant̃. Quid. n. in hac uita nõ experimur aduẽsi: quas non procellas tẽpestatesq̃ p̃petimur: quibus non agitamur incõmodis: & quibus parcitur meritis: Lege patriarchas: aĩo uolue prophetas: considera dei sanctos & amicos: oĩs eorum uita labor: anxietas: languor: erũna: militia. Vñ & sapiens Salomon apud Eccl̃iasten ait: Laudaui ego magis mortuos q̃ uiuẽtes. Inde & sanctissim⁹ Iob perire uoluit: diem natiuitatis suę quasi maloꝝ oĩm initium. Generationis quidẽ diem p̃ire uoluit: ut resurrectionis diẽ acciperet. Iuxta quod & Paulus: Cupio dissolui & esse cum xp̃o. Et alibi: Mihi uiuere xp̃s est & mori lucrum. Mors igitur tanq̃ erumnaꝝ oĩm laborumq̃ p̃fugium: fida securitatis statio: quietis portus: amare xp̃ianis deflenda non est. Et rursum somno quietem nanciscimur laboresq̃ uitamus. ac nemo amici somnum grauius

lugendum censeret. mortem uero xp̄ianum somnū deputat. Vnde & magister xp̄s de Lazaro quatriduano: Lazarus amicus noster dormit: uenite a somno excitemus eum. Et eccl̄ia cum meminit defunctoꝝ ait. Qui nos precesserunt cum signo fidei & dormiunt ī somno pacis. Postremo non est xp̄iani officium frangi merore ex morte caroꝝ cum eos sciat nō prorsus demori. Quinimmo pretiosam esse in conspectu dn̄i sanctorū mortem qua esse beatificum & uiuere cōsequunt̄ eternum: ac expeditis uinculis carnis que agrauant aīam: iubar splendidissimū quod oculus non uidit nec auris audiuit: meritis superioris uite contingunt. Et preterea reuniēda cōporis expectatio xp̄ianis de mortuis non adimitur. Quo fit ut minus consternari habeant caroꝝ excessu. Cuius rei & Paulus meminit ad Thessalonicen̄. scribens. Nolumus uos ignorar̄ fratres de dormientibus: ut non contristemini: sicut & ceteri: qui spe3. v3. resurrectionis non hn̄t & reliqua. Vnde claret profundius consternatos aīo xp̄ianorū interitu aut spe resurrectionis carer̄. aut xp̄iani consolatiōe & fructu priuari. Plangat igitur christianus carum perperam morientem: qm̄ utrobiq3 demoritur. Verum ubi beata ē mors: ubi indn̄o dormitio: cu3 bona. v3. recognitione cōditoris: criminum fletu: sacramentorum participatione: feratur equo animo talis exitus. De Innocētii autē excessu nuper dignissime Concordien̄. antistes sapientissimus atq3 ornatissimus orator plura disseruit: & uti pax cōcordie conuenit ita: ita Pacen̄. Concordien̄. cōueniet presuli. in hac re signanter q̄ uniuerse ecclesie est notissima. Innocentius igit̄ sanctime ac recolende memorie. viii. pontifex uniuerso pontificatu suo clementiam. pietatem. humilitatem. humanitatem. & affabilitatem seruauit egregie. iustitiam custodiuit pre ceteris pacem & abūdantiā uerbis nutriuit & auxit. compluraq3 alia preclara egit q̄ enumerari longum esset: inter que hereticos Hispanie &

Valdensis gallię exterminio dedit: ac Granateñ. bello ad ultimã usq; uictoriã auctoritate consilio & auxilio chri-stianissimis Hispanię regi & reginę semper astitit. Tan-dem octauo sui pontificatus anno longo ac diutino mor bo laborans: ad certam suę mortis notitiam dei singula-ri munere de uenit: fleuit ante actam uitam: credidit con ditori: uiaticũ & alia salutis sacramenta deuotissime susce pit. Vñ merito iuxta uerba thematis increpitat morti cõ fessus dei misericordia & auxilio: Ne lęteris mors inimi-ca super me: ne iacteris q cecidi. nempe si cecidi. si ruinã per mortem & somnum corporis passus sum: Cõsurgam denuo & uita beata & resurrectionis gloria. Et uere pa-tres christianissim⁹ hic exitus Innocẽtii singnlari nos im plet spe futurę bonę electionis. Voluit nempe. D. & Pa ulum secundum & Sixtum quartũ fe. re. põtifices maxi mos prędecessores suos quasi repentina morte de medio tollere. Innocentius uero q̃tum ex parte dei fuit magno illius bñficio longe aliter ad p̃rs suos aggregatus est. cui sanctissimo fini: beatissimũ q; initiũ futurę creationis ad iunget in ecclesia sua diuina clementia q̃ in necessariis nõ deficit & in se sperantes assidue consolatur. Quare u[illegible] ul timum Innocentio dicentes & ei btãm requiẽ deprecãtes ad aliam orationis partem transeamus.

¶ Vbi de illius summo põtificatu uerba thematis expli caturi sum⁹. ac si põtificatus ipse sũmus & maxius p ex cessum Innocẽtii uacãs ex seipso hodie inuehat morti di cẽs: Ne lęteris inimica mea sup me: si cecidi consurgã. p cui⁹ ĩtroductiõe duplex occurrit problema. Primũ utrũ plenitudo ptãtis clauiũ a xp̃o collata Petro par cõsurgat in successore. Scdm utrum ista plenitudo ptãtis maneat ĩ ecclesia uł collegio sede uacãte. Duo hec disposuera; co piosius expedire: uer; ut uidere uideor & tẽporis breuitas & maior ecclesię occupatio: ac ęstus ĩmensa uis non pmit tũt explicare concepta. Quare summati duo uerbula fa

ciam. ꝙ btūm Petrū xp̄s constituerit caput & principē
apostoloꝝ uniuersalem animaꝝ pastorem īmediatū vi
cariū suū. ac eidem concesserit plenitudinē potestatis cla
uiū & apostolice dignitatis primatū nemo ābigit q̄ xp̄ia
ne sentit. Hoc. n. omnis historia euangelica apostolica &
conciliaris habet exploratissimū. Nempe Petrus est cui
dn̄s dixit: tu uocaberis Cephas. quod Isidorus interpre-
tat̄ caput. fuit. n. caput & os apostoloꝝ vertexq; collegii
dicente Crisostomo Huic dn̄s singularius dicit tibi dabo
claues regni celoꝝ: Huic rogaui pro te ut non deficiat fi
des tua. & tu aliq̄n conuersus cōfirma fr̄s tuos. ꝙ officiū
est pastoris & principis inquit Crisostomus eidem. d. a-
scensurus ad celos prouisurus ecclesie de uniuersali rectorē
in alioꝝ apostoloꝝ presentia reliquos pertrāsiens iuxta
ỽba Crisostomi ter ecclesiam pascendam & gubernādam
cōmendauit. dicens anthonomatice primo pastori pasce
agnos meos pasce oues meas. hoc est mei loco prepositus
esto & caput fratrū tuoꝝ inquit Crisostomus. huic eodē
loco. d. dixit sequere me. ꝙ non tm̄ de genere martirii in
quo alii secuti sunt xp̄m. q̄ de ordine prelationis & magi
sterii in quo Petrus pre ceteris successit xp̄o. Theophil9
Crisostomus & Ber. interpretant̄: & in solutione didrag
me q̄. d. pro se & Petro fieri iussit & que solum erat capi
tis census ostendit Iam. d. Petrū caput esse uel post suam
resurrectionem futuꝝ esse apostoloꝝ iuxta Augustini sē
tentiam. Idem in lotione pedum cum ad Petrum ueluti
caput primarium dominus primum uenerit. ꝙ etiam in
de Cirillus argumentatus est. ipse solus pro collegio īter
rogare & respondere solitus more promotoris & ducis O
rigenes inquit. Post ascensionem quoq; domini uniuer-
sa apostolica historia. Plena est ꝙ in conciliis & congre
gationibus apostolorum ipsis astantibus. Petrus fuerit
primus loquens. Primus docens. Primus diffiniens. Pa-
tet in electione Mathie apostoli: in confutatiōe irrisionis

iudeorum de dono linguaꝝ in apostolis: in disputatione cum iudeis. ĩ sententia contra Ananiã & Saphirã ĩ repulsione Symonis magi: ĩ aggregatiõe gentiũ ad fidem quę sub Cornelio cepit: ĩ diffinitione cessationis legaliũ. Quibus & aliis plurimis uniuersa Actuũ apostolicoꝝ scriptura respsa est. Hęc aũt Petrus beatissimus Spiritu sãcto plenus pręcipuus humilitatis cultor minime attentasset inquit Didimus: Nisi ea ex officio sibi ĩcumbere cognouisset: & se cęteris prelatum fore institutione diuina minime dubitasset. Inde & Cirillus diuinissimus doctor Alexandrinus patriarcha in libro thesaurorum ait: ꝙ apostoli in suis euangeliis & epistolis & in omni doctrina affirmarunt Petrũ esse loco dñi ĩ eius ecclesia: dantes ei primum locũ ĩ omni concilio & synagoga: ĩ omni electione & confirmatione. Primatum quoq; Petri & pro eo ratione ecclesię duo illa prima ycomenica concilia de quattuõ prĩcipalibus quę Gregorius uti quattuor euãgelia uenerari profitetur definierunt: Constantinopolitana uidelicet & calcedonẽsis synodus. Et ordinatissime quidem. D. ecclesię suę unicum. P. & uniuersalem pastorem pręfecit ad quem rerum omniũ summa deferretur: ne destitueretur ecclesia gubernatione unius quam regnu; aut monarchiam uocant: quamq; omnis humana & diuina sapiẽtia cęteris pręlationibus anteponit tollit. n. confusionem: auget reuerentiã: exequitur deliberationẽ: que sunt potiora optimi prĩcipatus. Hinc. xi. Meth. sapiẽtissimus Aristoteles: Entia nolunt male disponi: nec est bona pluralitas principantium. Vnus ergo prĩceps. Inde uetus illa mater synagoga quę nostram pręfigurabat ecclesiam unicum habuit pontificem summum: & cęlestis Hierusalem quam nostra quoq; interris militans pręfigurat unico rectore gaudet. Media igitur nostra pastori unico cõuenientissime commendatur: Quod uero in eodem primatu & plenitudine potestatis aliquis succedere debeat



Petro in eccl'ia: ex eo euidentissime constat. Quod Xps i stituit eccl'iā usq₃ in finē seculi duraturā Math. ult. Non durat aūt eccl'ia absq₃ capite. caput aūt ex superinductis est apl'icus thronus & primatus. hic igit' duraturus est us q₃ in seculi finē. Verum Petrus felicissimo martyrio nobis absumptus est. cōsurgit ergo apl'icus primatus ī successo re Petri Romano pont. i eadē potātis & iurisdictōis ple nitudine q̄ in Petro prefuit. Nec enim al's esset primatus apl'icus: nec alias staret eccl'ia: nec portas inferi superaret si nullus in plenitudine ptātis Petro succederet. Hinc hēt canō cōcilii cōstātinopolitañ. pmi. Veneramur fm scrip turas & canonū diffinitiones sanctissimū antique Rome epm primū esse & maximū epoꝝ. Et in Canone concilii Calcedoneñ. scribitur: Siquis eps predicat' in famis libe rā habet licentiā appellandi ad beatissimū epm antique Rome quē habemus Petrū petrā refugii & oīa ab eo dif finita teneantur tanq̄ a vicario apl'ici throni. Et in eodē concilio Calcedoneñ. legitur q₃ tota synodus Leoni pa pe primo acclamauerit dicēs: Leo sanctissimus apl'icus & icomenicus. i. uniuersalis patriarca: per multos annos ui uat. Iuxta quod Io. xxii. in quadam extrauaganti here ticū damnauit Marsilium de Padua. & Constantieñ. sy nodus Ioannem Hiis q₃ asseruerint nō esse de necessitate salutis obedire Romano pont. ¶ In altero dubio: utrū iste sūmus pontificatus aut hec plenitudo potestatis ma neat in ecclesia uel collegio sede uacante. Solitū est p sapi entes distingui. aut. n. hic pontificatus appellat auctem ipsam & summā iurisditionē in fonte: & sic non perit de cedente pontifice. manet. n. in xp̄o primo pastore qui re surgens ex mortuis iam nō morit': quiq₃ eam ptātem Pe tro & in eo suis successoribus in mediate legauit. Aut hic pontificatus materialiter acceptus notat facultatē eligen di & determinandi psonam q̄ summo pōtificatu fungat' & in ea acceptione manet inmediate in collegio Cardina

lium: mediate aūt in ecclesia uniuersali. que tn̄ facultas ex
aucte pōtificū Senatui cardinaliū accessit. Aut summus
pontificatus in ꝓpria acceptione notat xp̄i uicariatū &
executionē siue administrationē illius summę iurisdictio-
nis & plenitudinis ptātis clauiū. sic. n. cessat morte ponti
ficis. in ecclesia nempe nō manet: nec in collegio: cui nul
la talis plenissima administratio cōpetit: nisi q̄tum sibi
strato predecessoris cōcedit. nec rursum in xp̄o qui de le
ge cōi post ascensionem non est executus hmōi ptātem ī
ecclesia: nisi summo pōtifice mediāte. Cessat igitur uacat
perit hmōi pōtificatus: hoc est executio & administratio
plenissima ptātis clauiū ꝑ empto pōtifice: nec usq; ad al
terius suffectionē cōsurgit. Quare graue est in ecclesia pi
culum differri summi pontificis electionē. caret. n. inte-
rim ꝑfectissimo illo munerē executiōis & administratiōis
plenissimę ptātis clauiū. Hic igitur sūmus Innocētii pō-
tificatus illius quodāmō morte de mortuus cōfisus de su
a optima & celeri resurrectiōe. actiōe quidem uestra pa-
tres quo ad persone determinationem. Christi uero acti
one quo ad continuationem & executionem illius sum-
me ptātis a xp̄o Petro & successoribus traditę. increpitat
morti: Ne lęteris inimica mea sup me: ne gratuleris ꝙ ce
cidi: ꝙ Innocentii trāsitu executionē plenitudinis clauiū
intermisi nēpe nec sic diu de tinebis purgandos. nec alias
spūales gratias inimica mors diu differes: nō speres ea ra
tione portas tuas posse cōtra ecclesiā ꝑualere: breui. n. cō
surgā ī optimo nouo ac dignissimo deligēdo pastore. &
de. ii. parte satis. ¶ Sed iā ultimo reuocat nos carissima
Innocētii spōsa ro. & uniuersalis ecclesia: q̄ uerba thema-
tis ꝓ sua restauratione non corporali: sed spūali morti c̄
siderat posse dicere. Hic autē adeste patres ęquo animo.
hęc nempe portio hodiernę oratōis ꝓprior est. Veꝝ sub
stinete obsecro si paucula ligna in plenissimā uestrā de-
duxero siluā & modicā aquę guttā in uestrū oceanū effu

dero. Par. n. fuerit q̄ insipiēs ego sapiētissimū cętum ue strū de his quę ad se expectant admoneā. Verū quoniā ea mihi prouincia a uobis demādata est ꝓsequar iter cep tum oportet. īdulgendum tñ mihi magis expostulo si fa miliarius aut liberius que sentio eloquar. Nempe conscē di hunc locum ut mederer ecclesie nō blandirer. Et caris ad uiteritum ꝓperantibus uera oīa aperiēda sunt: Et qs hec aperit nisi ceteris carior & notior? Ego uero uester v̄ naculus patres. uester cliens: uestrarū opus manuum. a periam igitur casum nostrū: ruinā nostram: īteritum no strum si quo modo uel excognito releuemur īteritu. Ce cidit cecidit q̄ stare solebat maiestas illa & gloria Roma nę ecclesię. īmutatus est color uultus eius. obtexit caligi ne dn̄s filiam Syon. proiecit de celo ī terram inclytā isra el. egressus est a filia Syon omnis decor eius. & quę uere olim magistra fuit discipline. uirtutū scola. locuplex sāc tis & doctis: prochdolor his omnib9 in maiori parte ua cua: uniuersoꝝ criminum amaritudine repleta est. & q̄ Io. partitur omne mundanū crimen triplici capite: con cupiscentia carnis: cōcupiscentia oculorum: supbia uitę. Nōne id omne nos quatit patres? Vtinam quateret mo do. utinam pulsaret tantum: & non iam irruisset. quinī mo rupisset & uiolasset claustra pudoris & ītegritatis ro manę ecclesię. Famosam peccatricē quis ambigit urbem romam? de qua & utinam. d. sicut ab illa euangelica sep tem eiciat demonia: quoꝝ seruit multitudini. Bone de us quanta istic criminum alluuio. horret tñ animus dice re qñ meminit sedem Petri. Sed nunqd nos blādiendo si lebimus q̄ ī plateis & tectis malefactis nostris publicaui mus? Quid. n. apud nos non sibi uendicat luxus? quē lo cum superbia non implet? cui parcit auaritia? queꝫ non subigit auri sacra fames? Quid si ulterius descendā? Iube at tñ hic Plato quiescere. Fumabunt nempe uitioꝝ ster cora: & sola ipsa enarratio templum hoc sacratissimum

polluet. Consulto preteream urbis & curię nostrę excessus: ac de formia mēbratim distinguere: ne parentis uidear pudenda reuelare: Sed dicet mihi quispiā iam hęc pręcesserunt in seculis quę fuerunt ante nos. Pręcesserunt q̄dē: non inficior in ecclesia romana crimina: nā & septies ī die cadit iustus: uerū non paria: uerꝝ non ita crebra: uerꝝ non ita publica: uerū non sic īpunita: adde: uerū non sic premiata: adiunge rursū: uerū nō sic capitalia: hoc est capita ferientia. & capitis salus mēbris etiā infectis tunc salubriter īfluebat. Vnde fit patres ut tēpestate nostra maiora uulnera patiamur. Hęc nos exponunt in obedientię subditorū. hęc contēptui populorū & principū. hęc irrisioni & pręde Thurcoꝝ: dū. n. libidinibus: ābitiōibus & cupiditatibus nostris uacamus: maiestas periit ecclesiastici throni & uigilantia curę pastoralis eliditur. Concidit igitur magna ex parte ecclesię romanę maiestas: libertas auctoritas: gloria: & misericordię dn̄i est quod non profundius cecidit: īmo quod iuxta Hieremię uerbū consūpti non sumus. Vniuersa hęc mala unde procedunt patres a capite inquā: infirmi nēpe capitis omne mēbrū languet Quando speculator cęcus quando exēplar corruptū: qn̄ caput morbidū: perperā inde uenire ōnia necesse est. Sed caput orbis a quo nobis erigitur? a Senatu nēpe uestro. Indulgete obsecro. Vos igitur estis in causa aut uniuersę salutis: aut uniuersę ruinę totius orbis. aduertite q̄le uobis hodie onus incūbat: datur uobis optio aut sūmi meriti si bonū: aut sūmi de meriti si malū elegeritis pastorem Nullū quippe in uniuersitate criminū huic par est quo malus deligitur orbis rector. ueniunt nēpe ōnia mala: ōnia crimina pariter & cū illo. Quoꝝ ōnium iniquus elector in culpa est. quicquid. n. successor pōtifex (si quod absit rectus non est) exorbitantię crudelitatis scandali: iniquitatis ue cōmiserit: hoc omne scelus ad malos electores defertur. reddetis illius rationē in examine districti iudi

cri cogitate uos morituros patres: & breui equidẽ: quoti die nempe morimur. Attendite quid profuerũt hmõi co gitatus & somnia Paulo. Sixto. Innocentio: quoꝝ recens est memoria. quid collegis uestris quos õnes absumpsit mors: ut nunc esculenta uermibus prębeãt. Intẽdite gre gi dñico in cuius sollicitudinis potiorẽ partẽ uocati estis Quod si uos hęc ęterna non mouent quę etiã mouerent ferreos & uelut magnes attraherent: cõsulite saltem conſ uationi tẽporalis dignitatis uestrę: cuius uel maxima sũ ma est in electione romani pontificis. Attendite rursum patres: attendite & mihi si uera dicam. dicam equidem ĩ dulgete: non habuit semper uestra dignitas q̃uis in eccle sia excellentissima oĩmodam electionem ro. põtificis. fu it aliqñ hęc electio imperatoribus credita. quod & iure constat Hadriani pontificis tẽpore. aliqñ cetui uestro si mul cum clero & Ro. populo iuxta ordinationem Nico lai. ii. Deinde propter scindenda scismata & sanctiorẽ ac breuiorem electionem ad senatum uestrum & merito q dem unice delata est. non ĩterfluxere tñ multa tẽpora qñ uniuersalis ecclesia hoc tãtisper ĩmutauit. Quia. n. uarię electiones a dñis cardinalibus celebratę apud uniuersam ecclesiam de ambitione: simultate: & auaritia grauiter su specte fuerant: ordinauit ecclesia in constantinensi syno do quod pręcise in electione Martini. v. xxx. alii electo res oratores principum & prelati ex parte nationum de putati senatui cardinalium adiungerentur. inter quos & Io. tunc meę Pacensis ecclesię antistes pro parte nationis Hispanicę annumeratus est. Non hęc tamẽ eueniant pa tres. non digna sunt ut aliquid immutetur de solita & cõ uenientissima ecclesię ordinatione: qua electio capitis or bis ad cardines orbis unice ac meritissime defert̃. Veꝝ nõ sit in uobis huius abusus ĩnuneris. Nempe si: quod absit crebre essent & assidue in uos simultates: ambitiones: pac

tiones in electione Vicarii Iesu Christi: & non pro utili
tate publica sed priuata sponsum ecclesię institueritis: co
gitabit ecclesia: cogitabunt principes ne is errō cunctis fi
delibus & uniuerso orbi in pernitiem sit. Considerare de
beretis patres q̄ arctissimo uinculo ecclesię Romanę tene
amini quę uos carissime fouet in sinu pectoris sui cum sū
ma gloria: & summa uenerationis gratia. rependite illi
uicem. respondete in amore. occurrite labenti ac fluctuā
ti Petri nauiculę: quę non modo iam magnis operitur
fluctibus: uerum caribde & scilla importunis periculis ī
uoluitur. Pręficite illi ductorem qui merito dicatur &
sit uicarius christi: successor Petri: uniuersalis ecclesię spō
sus: director & pastor. Verum dicet aliquis: satis mihi ē
si bonum deligam cui nihil obsistat canonicum. Longe
ego aliter in hac summa electione sentio. nempe non est
mihi tutus quo ad deum: quamuis in contentione nihil
timeat: quę cum agitur de summo eligendo pastore: re-
licto meliore saltem in collegio bonū deligit: Inde Hie-
ronimus: Sciant omnes quod qui doctior: qui sanctior:
qui omni uirtute eminentior: is ad summum sacerdotiū
eligendus est. Nempe si in cęterorum episcoporum elec-
tionibus attendenda sunt & pro possibili seruanda illa ca
pitula apostolice regulę ad Timotheū. Oportet episco-
pum irreprehensibilem esse unius uxoris uirum sobrium
ornatum: prudentem: pudicum: hospitalem: doctorem
non uinolentum: non percussorem: sed modestum: non
litigiosum: non cupidum: suę domui bene prępositum.
& reliqua: q̄to uberius in electione episcopi episcoporuꝫ
& uniuersalis pastoris animaꝝ hęc discutienda sunt. In-
de Simacus papa beatissimus ait. Vilissimus reputandus
est cum non excedit sanctitate & sciētia q est honor prę
stantior. Et Bern. de consideratione ad Eugeniū tertiuꝫ
Monstruosa res est gradus summus & animus infimus:

sedes prima & uita ima. Si ergo patres adsūmū pontifi-
catū sēper & omni tēpore melior assumendus fuit: quan
to magis tēpestate nostra quando propter ruinā auctori
tatis: libertatis & reformationis ecclesię. difficilior est illi
regiminis uia: adeo ut non modo uideatur īdigere hodie
Pont. successione Petri inplenitudine potestatis clauium
uerū & in plenitudine gratię miraculorum: cū fere miracu
lo ascribi debeat ex tanta ruina: ac fere extercore ecclesiā
erigere. In tanta ergo calamitate & necessitate ac seruitu
te ecclesię plurimū oportebit inter alia capitula apostoli
cę regulę hodie cogitare patres de. v. capitulo prudentē
de uiro aliquo uidelicet prudēti: prouido ac circūspecto
sufficiendo pastore. Prudentia omnia fere bona sub se cō
tinere uidetur: & maxima ecclesię ruina ex ignauia & mo
dica circūspectione pontificum pululauit. Deligatur er
go a uobis prudentior quispiā qui contra huic languori
medeatur. restituet cū prudentia iura: priuilegia ac liber
tatē ecclesię. principes & populos in bona obedientia ac
reuerentia continebit. prudentia etiā sine scandalo refor-
mabit domū suam Romanā curiā: & inde facile omnē ec
clesiā quam etiā in pace & cū prudentia generaliter con-
gregabit uel in laterano saltē cū ea uel sola sit relicta me
dicina auctoritatis & libertatis ac reformationis ecclesia
sticę restaurandę: & Mahumetane expugnandę perfidię
per uiā uidelicet unius prudētis & pacifici generalis xp̄ia
norū conuentus. rescindet quantū par fuerit exactiones
nouas & seruitutes curię. fideles & prudētes seruos super
familiā dn̄i constituet. fideles inquā ne fraudent: pruden
tes ne fraudentur. profligabit cū prudentia Turchos in-
festissimos hostes a fideliū terminis q quotidie īminent
dorso nostro ac membratī xp̄iana dominia conscidunt.
O mirabilē & exitialē somnū ac ignauiā pontificū roma
norū & xp̄ianorū principū. Expergiscimini expergisci-
mini: iam ꝓpe est hostis & ī ianuis & nos somno uinoq3

sepellimur: Non curamus cum ad nos hodie non deuene
rit hostis: q̄ ad Pannoniã uel xp̄icolas alios descenderet.
Omnibus tamen debet romana ecclesia patres omniũ est
uniuersalis parens curã & sollicitudinẽ uniuersi gregis do
minici a xp̄o dño suscepit & uicissitudinẽ plagarũ expec
temus uerius timeamus ab hoste: q̄ ita assueuit nunc hos
nunc illos percutere. Consurgite xp̄iani principes: uigila
te omnes. deuitate securim quę ad radicem uestrã uerius
ceruicẽ sępius apponitur. Si uellet bonus pontifex quod
utiq̄ summe uelle debebit: animare xp̄ianos principes in
exterminiũ istius ferę pessimę quę uniuersam depascitur
ecclesiam: non ambigo quin bonę suę menti occurret de
us. Zelus. xp̄ianorũ non deerit. Iuuabitur expeditio ex-
Zinzemino nobiscũ agenti: qui uires fratris sui tyranni
Turchoꝝ scismate minuet. Nempe si solum patres ut no
stra tueamur exercitũ cõparemus: dietim expurcissimus
hostis nostra corrodet dominia. Nec existimo carere di-
uino mysterio q̄ hoc tẽpore hostis exercitũ in xp̄ianos
dimiserit: ut uobis patres Innocẽtio de mortuo magis ac
magis necesse sit cogitarẽ de optimo pastore & dignissimo
defensore xp̄iani cetus deligendo.

¶ Veꝝ si hęc omnia quę sunt maxima & potissima mis
sa faceremus: solũ uestri gratia meliorẽ & prudentiorem
eligere deberetis. is. n. solus poterit restituere uobis liber
tatem: auctoritatem existimationem: reputationẽ & glo
riam deperditam. Et pręterea nunq̄ respondet gratitudi
ne & amore qui bonus non est. nec fundamentum aliqđ
stabile amicitię & dilectionis teneri potest ubi uirtus
abest. Date igitur patres pastorem cui & uos merito subi
icimini: & terrarum principes cum Valentiniano dicant
Talẽ in pontificali constituite sede cui & nos qui guber
namus imperium sincere nostra capita submittamus: &
eius monita dum tanq̄ homines delinquimus ueluti cu-
rantis medicamina suscipiamus. Est. n. merito Romanus

pontifex iuxta Bernardum de consideratione ad Eugeni
um sacerdos magnus. pontifex summus. princeps episco
porum. heres apostolorum. primatu Abel. gubernatu
Noe. patriarchatu Abrahã. ordine Melchisedech. digni
tate Aaron. auctoritate Moyses. iudicatu Samuel. pote
state Petrus. unctione xp̃s. Attendite igitur patres acces
suri ad tantum mysterium: tantum sacramentum: ad tã
summam electionem: circũdite preputium cordium ue
strorum: hoc est ambitionem: rãcorem: emulationem ac
simultatem omnem deponite. spoliate ueterem hominez
cum omnibus actibus & tractatibus suis: reddite hanc ui
cem deo & ecclesie: que apud uos hoc electionis munus d̃
posuit. Nec uacar̃ diuino arbitror mysterio q̃ prima di
es istius uere electionis in celebritate dominice transfigu
rationis inceperit. Nempe solemnitates ecclesie imitatio
nes sunt earum rerum quas ecclesia celebrat Augustino
dicente. Solemnitates martyrum exhortatiões sunt mar
tiriorum ut immitari non pigeat: quod celebrare delec-
Eya igitur transformamini: transfiguramini patres in-
yiros alios. transformate ecclesiam columne ecclesie in-
splendorem alium: ita ut resplendeat facies eius sicut sol:
& uestimenta illius albescant sicut nix. Per faciem autez
quid nisi caput & sponsum ecclesie intelligam. Per uesti
menta quid nisi illius membra concipiam: constituite er
go patres in nouo ecclesie sponso deligẽdo tria illa taber
nacula que Petrus in excessu mentis constitutus fieri pe
tebat: xp̃i. v. Moysi & Helie. Tabernaculum xp̃i ut fide
lis & catholicus sit futurus pontifex & xp̃i imitator cu-
ius uicarius. Moysi ut legislator optimus & mansuetissi
mus sit super terram. Helie ut diuini honoris zelator &
ecclesie reformationis & glorie emulator uehementissi-
mus sit. Confidite: sperate patres in xp̃o dño illuminabit
uos: iuuabit uos si recte in bonum tenderitis. magna uẽ
pe est sibi de ecclesia cura. Vnde Crisostomus & dignissi

me in quadam omelia: Propter ecclesiam cęlum extensũ est, aer spãsus est: mare diffusum est, terra fundata est, paradisus plantatus est, mirabilia magna facta sunt, propter ecclesiam mare diuidebatur & iterum suebatur, propter ecclesiam prophete, propter ecclesiam apostoli, propter ecclesiam unigenitus dei fili9 factus est homo, ipse illam fundauit qui angelos & cęlum creauit, propter cęlũ crucifixus non est, propter cęlum cęleste corpus non accepit: nec naturam angelorum assumpsit: ut discas quoniam cęlo angelus & omni creatura honorabilior est ecclesia. Hęc Crisostomus. Cui igitur tanta est de ecclesia cura: nonne erit de capite & sponso ecclesię? Erit profecto summa & maxima: illuminatio quippe motio & inspiratio diuina in electione capitis ecclesię maior q̃ in cęteris futura est, nisi nos obicem diuinę motioni apposuerimus quod nostris quandoq; demeremur criminibus: iusta qđ scriptum est. Regnauerunt & non ex me & qui regnare facit hipocritã propter peccata populi. Hoc tamen uestro ministerio & diuina clementia in tanta ecclesię necessitate non expectamus patres. Vtinam uerba nostra: quę non nostra sed dei sunt: eo suscipiantur animo quo dicuntur. Vobis ergo patres sit bona mens non deerit diuina illuminatio, concordia & inspiratio: nobis omnibus inde erit optima spes: erit uobis auxilio his diebus uniuersa ecclesia oratione continua: & ad xp̃m de cuius uicario agitur & ad Petrum de cuius successore. Dabitis nobis pastorem qui reformabit & eriget collapsam ecclesiam: sub quo ad spiritualem mortẽ audeat dicere: Ne lęteris inimica mea super me: nempe si cecidi ignauia: ĩfamia: crimine, ab his omnibus sub optimo pastore cõsurgam: quem nobis cõcedat Christus dominus in secula benedictus. Amen.